

tres eius, quod inter tam perfidos homines facere possunt, faciunt; exercitus ipsius Conradi ut leones fortiter irruunt et sic per medium hostiles exercitus eos uiriliter cedentes transeunt et plurimis ex parte sua amissis et plurimis ex aduersa parte occisis cum suis, qui secum remanserant, et cum domno Heinrico, episcopo Moraviensi, sibi fidelissimo Pragam redeunt. Nec mirum, hoc etenim uarius belli euentus exposcit. Ibi quantum fidem erga ducem dominum suum comes Velizlaus habuerit et comes Casta et comes Smilo cum filiis suis et Ben[essius] ceterique nobiles, alii morte, alii autem sanguinis effusione pugnando pro patria ostenderunt. Dux itaque W[ladislau] firmata predicta ciuitate fratrem quoque suum Thebaldum in ea cum domna Gertrude, uxore sua, cui maxime in hoc articulo confidebat, cum quibusdam militibus ualde bellicosis pro tuenda ciuitate et principali throno, quodam saxo, quod etiam nunc in medio ciuitatis [est], pro quo non solum nunc, sed etiam ab antiquo multa millia militum bello corruerunt, Prage dimisit. Heinricum uero Būdisin pro colligendo exercitu misit, ipse autem ad regem Conradum cum comite Velizlao, qui ei a puericia sua fidelis extiterat, et ibi pro honore suo fideliter uite sue non parcens pugnauerat, quibusdam sibi adiunctis et cum Heinrico, Morauensi episcopo, magni consilii uiro, maxime tunc necessario, pro petendo contra hostes auxilio uiam arripit.

Interim Conradus ciuitatem Pragam obsidione, prout plus potest, cingit et eam habere desiderans diuersis bellicis machinis inuadit. Princeps uero Tebaldus, qui pro tuenda ciuitate remanserat, cum uiris fortissimis in eos diuersos insultus faciens more Catonis pugnando pro patria, plurimis hinc et inde morte cadentibus, eam ab hostibus, qui defensores eius esse debuerunt, uiriliter defendebat. Rex autem Conradus peticioni domni ducis W[ladislai] satisfaciens ad eius expellendos hostes collectis regalibus plurimis exercitibus uersus Pragam castra mouet regalia. Hic rumor fama uolante, qua nulla res uelocior esse potest, ad aures Conradi Moraviensis cito peruenit. Ipse uero, quod eum ultra facere oporteat inscius, sagittarios colligit et eis sagittas in ciuitatem mittentibus quidam nefarius, cui reuera melius erat, si natus non fuisset,

dislav a bratří jeho činili, co mezi takovými nevěrnými lidmi činiti se dalo: jako lvové vrhli se statně mezi voje Kunratovy a tak prostředkem řad nepřátelských mužně je potírajíce prošli a ztrativše mnohé na straně své a pobivše jiné na straně protivné se svými, kteří při nich zůstali a s panem Jindřichem, biskupem moravským, vždy jim věrným, do Prahy se vrátili. Není také divno! neboť toho vyžadoval nejistý výsledek války. Tam, jak knížeti a pánu svému oddáni byli, župan Velislav a župan Časta a župan Smil se svými syny a Beneš a ostatní pánové ukázali v boji pro vlast, jedni smrti, jiní pro lítim krve. Kníže pak Vladislav opevnil zmíněný již hrad a zanechav v něm bratra svého Děpolda s paní Kedrutou, manželkou svou, již v přičině té nejvice důvěroval, jakož i s některými udatnějšími rytíři k obraně hradu a knížecího trůnu, jakého si to kusu kamene, který i nyní u prostřed hradu stojí a za nějž nejen nyní ale již v dávných dobách tisicové a tisicové vojínů v boji bylo padlo, a opustil Prahu. Jindřicha poslal do Budíšina sbírat vojsko, sám však přibrav k sobě některé věrné, odebral se ku králi Kunratovi prositi o pomoc se županem Velislavem, jenž mu zachoval od dětinství věrnost a onde pro jeho čest nešetře života svého bojoval, jakož i s Jindřichem, biskupem moravským, mužem velemoudrým a tenkráte mu tuze potřebným.

Mezi tím skličil Kunrat hrad Pražský, jak jen mohl, obležením a chtěje se v držení jeho doстатi, činil na něj útok rozličnými přístroji válečnými. Ale kníže Děpolt, který byl zůstal k ochraně hradu, bojuje jako Kato pro vlast činil proti nim s nejudatnějšími muži rozličné výpady, a ač s obou stran přemnoži smrti sešli, hájil jej mužně před těmi nepřátely, kteří obhájci jeho měli být. A král Kunrat vyslyšev prosbu pana knížete Vladislava a chtěje vytisknouti jeho nepřátely sebral četné voje královské a táhl s nimi ku Praze. Zpráva o tom letem zvěsti, nad nějž nic nemůže být rychlejšího, dostala se brzy k uším Kunrata moravského. Tento nevěda, co by mu dále bylo činiti, sebral střelce, a když ti šipy do hradu metali, jistý nešlechetník — jemuž by lépe bylo bývalo, kdyby se byl nenarodil — připevniv uměle oheň k svému šipu,